

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

**Jahr:** 1750

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN369547365

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

**LOG Id:** LOG\_0203

**LOG Titel:** Caput Quinquagesimum Octavum. Reliquae species algae esculentae. Sive agari. - Agt en Vyftigste Hoofdstuk. De overige zoorten van eetbare Alga, ofte de Agarum

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN369544501

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Europæi quidam id vocant *Alga coralloidem*, quum animalcula in conchis viventia, seu potius insecta sese ipsi æque ac spongiis nectunt & in ea nidulantur, atque ab iis non differt multum nisi materie, quæ, uti dictum fuit, alba est gelatina, & edulis. Aviculæ, quæ delicatos hos subministrant nidos, sunt pusillæ arundines marinæ, breve gerentes & magis crassiusculum quam planum rostrum, coloris nigri cum obscure cœruleo fulgore fere instar aliarum Hirundinum, caudam gerentes brevem, atque mares, si ipsorum plumæ separantur, in quavis pluma maculam gerunt albam, longis vero gaudent alis & pusillo corpuscule, grana circiter quinquaginta ponderantes, suntque ideo alacerrimæ in volatu.

Ab hac vili & sprete avicula libido ac luxuries, seu potius nidus desidiarum & nequitiarum, uti *Petronius* dicit, sibi comparavit delicias, quum nemo nidos sapiantum, quam elegantes etiam aves sint, petat vel inquirat, quidam tamen totam edunt *Rusticulam* cum ipso fimo.

Certum est, uti dictum fuit, pacata & defluente aqua, multas fordes, Viscum, & gelatinam per mare ejici in sinus & oras, quas aviculæ hæpetunt & advolant magnis in cohortibus, ac primum in extremam, dein in subsequentes oras cadentis & refluxentis aquæ, ubi videmus quasdam viscositates adpetere, rostris tenere, & in nidos deferre, sed an ex tali visco recenter adducto suos forment nidos, an vero illud prius deglutiant, & ex ore dein quædam demittant fila, ex quibus eos componunt, non satis hactenus disquisitum est.

Fimus esse nequit, quum magna copia hic & coærvatim instar calcis in solo conspicitur, qui a quibusdam incolis conquistus fuit ad præparationem pulveris pyrii, sic quoque plurimi niduli fordibus istis & muscolo cortice destituuntur, sed ex pura constant materie, quales venales adferuntur, & ab ocularibus testibus certior factus sum, rugosos istos & inepros nidulos a similibus quidem componi aviculis, sed specie majoribus, licet & edulis ista materies in his quoque detegatur nidulis, immo in quibusdam tota adhæret quasi adglutinata, ac si ex vera ista materie per texti essent, quales hic in Amboina & Cerama reperiuntur.

Inter præstantes nidulos deteguntur quoque rubri & nigricantes, ex colore visci, ex quo confecti sunt, qui tamen album conquirunt colorem, si per noctem Lunæ luci exponantur, quum etiam molles fiunt, sed primo solis splendore iterum siccantur.

N. B. De hisce nidis esculentis vide *Valentini hist. simpl. reform. libro tertio Cap. 23. Bontii Hist. libr. 5. cap. 13. pag. 66. & Valent. Hist. Amboinæ pag. 328.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

*Reliquæ species algæ esculentæ.  
Sive agari.*

**H**oc in Capite alias describemus *Algæ* species, quæ in hisce Orientalibus insulis notæ sunt, & potissimum ad cibum adhibentur, sunt vero frequentes.

Primo. *Acetabulum marinum*, foliola gerit magnitudine nummi oboli dicti, non vere rotunda, sed inferius parum angustata & acuta, crassiuscula, firma, quædam etiam tumida & ventricosa, quæ aquam retinent, quodvis foliolium petiolo insidet curto, multaque simul in racemo quasi locantur, horumque racemorum multi ex crasso & lentiore dependent caule, a tribus ad quinque pedes longo. Foliola hæc ad oras obfita sunt brevibus sed non pungentibus apicibus, in binis ordinibus locatis, coloris obscure ruffi seu viscosi, in masticatione crepitantia, non admodum falsa, præsertim si per semi horulam macerentur, ac proinde apta sunt, quod cruda edantur.

Inter foliola peculiaribus in petiolis solitariae crescunt bacca, magnitudine Myrtillorum, quædam etiam instar Cerasorum nigrorum, in quibus hilus conspicitur cum ora spinulosa, externe obscure luteæ, intus concavæ, seu pauca repletæ aqua.

Hæc varietatem habet, cujus foliola infundibuli formam habent, magnitudine etiam oboli, vel paulo minus, superne foveola excavata.

Tom. VI.

Ipso-

Zommige Europeanen noemen 't *Alga coralloides* of kraalagtige Zee-lil, om dat de sculpdiertjes of genoegzame ondiertjes daar aan zig zoo wel als aande Spongiën zetten, en nestelen, verschillende daar af ook niet veel anders dan in de stoffe, dat, als gezegt, witte lil eetbaar is. De *Vogeltjes* zelfs, die de lekkerbekjes deze nesjes verschaften, zyn kleine Zee-zwaluwjtjes, kort en eer dikagtig dan plat van bekjes, zwart, en van een blaauwagtige duister doorschynende verwe, even gelyk andere zwaluwen, kort van staart, bebbende de mannetjes, wanneer men dezelve van een baalt, daar op Eïer-witte vlekken, zyn lank van wicken, en klein van lys, en ligt, wegende niet boven de vyftig azen, en dit doet, dat ze zoo snel in 't vliegen zyn.

Van een zoo ongezien *Vogeltje* heeft de wellust en dertelheid, of liever het nesje van guitery, gelyk *Petronius* zegt, in haar potje te vuur weten te brengen, daar niemand naar de nesjes der wyzen, hoe cierlyken vogel ook, eens omziet, eetende nogtans wel een Snipje met zyn drekje.

Het is zeker, gelyk gezegt is, dat by een stil aflopend water veelderlei ruigte, slym, en lil door de zee uitgeworpen wert in een zoom, en de vogeltjes vliegen met groote troepen, eerst op de buitenste, dan op de volgende zomen van 't vallende water, daar men ze ziet eenige slymerigheid opvatten, en na bunne nesten dragen; maar of ze uit dezelve slym zoo vers aangebragt bunne nesjes weven, of eerst inslokken, en dan uit de mond wederom eenige draden formeeren, waar uit ze de nesjes maken, is nog niet ter degen onderzegt.

Den afgank kan het niet zyn, dewelke men op de grond met groote hoopen als kalk vint, van zommige *Inlancs* gezegt tot het maken van *Bospoeyer*, zoo hebben ook de meeste nesjes geenzints de voorgaande ruigte en mosagtige scborste of stof, maar zyn van een zuiver stof gemaakt, gelyk men ze te koop brengt. En van ooggetuigen werd ik verzekert, dat de ruige en ondeugende nesjes wel van diergelyke vogeltjes, dog wat grooter slag, gemaakt werden, hoewel men den eetbaren stof ook aan de nesjes vint, ja aan zommige kleeft het geheel aan malkander, als of 't met de regte stof doorweeven was, diergelyke men hier in Amboina en op Ceram vint.

Onder de goede nesjes vint men ook roode en zwartagtige, na de couleur des slyms, waar van ze gemaakt zyn, dewelke egter wit worden, als men ze een nacht in de *Maneschyn* legt, wanneer ze wel mede week, dog met den eersten *Zonneschyn* wederom droog werden.

N. B. Over deze *Vogelnesjes* ziet *Valent. hist. simpl. reform. derde boek Cap. 23. Bontius Hist. 5. Boek cap. 13. pag. 66. en Valent. Verbandel. van Amboin pag. 328.*

AGT EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

*De overige zoorten van eetbare Alga, ofte de Agarum.*

**I**n dit Hoofdstuk zullen wy beschryven andere zoorten van de *Alga*, in deze Oosterse Eilanden bekend, en meest tot de kost gebrukelyk, zynde de volgende.

I. *Acetabulum marinum*, heeft blaadjes zoo groot als een stuiver, dog niet regt rond, maar agter een weinig spits toelopende, dikagtig, styf, zommige ook met een gezwolle buik, daar water in is. Ieder blaadje staat op een kort steeltje, en veele by malkander aan eene tros, en derzelver troffen bangen veele aan een andere dikkere en tajere steel, van drie tot vyf voeten lang, de blaadjes zyn aan de kanten bezet met korte dog niet steekelige spitzen, in twee rygen nevens malkander; donker-ros, of lymverwig, in 't kaauwen krakende, niet zeer ziltig, byzonderlyk, als men ze een half uurtje uitverst, en dierhalven bekwaam om raauw te eeten.

Tussen de blaadjes op byzondere steelen komen enkele beziën voort, in de grootte van *Krakebeziën*, zommige ook als *Krieken*, daar aan men een naad ziet, met een steekelige kant, donker-geel van buiten, binnen bol, of met een weinig water.

Dit heeft nog een veranderinge, daar de blaadjes geformeert zyn als een tregtertje, ook in de grootte van een stuiver of minder, boven op met een klein kuiltje.

Aa

En

Ipsorumque oræ undique obstitæ sunt duplici ordine spinulosorum apicum, qui multo crassiores & duriores sunt quam in priore, nihilominus tamen crepitan-tia, & facile cruda eduntur.

Foliola hæc ipsorumque pinnæ arctiores locantur, atque primarii caules non ultra spithamam vel pedem longi sunt. Fructus prioribus similes sunt, sed rariores, totaque planta obscure ruffa est instar Visci crassioris. Utraque planta incipit crescere ab Augusto ad Septembris & Octobris, dein a mari in litus projicitur.

*Nomen.* Latine *Acetabulum marinum*, sive *Agarum primum*; Malaice *Agar agar cupan*; Amboinice *Arien malona*, h. e. *mas*, & *Arien harulu*; altera seu infundibiliformis species, *Arien mabina*, h. e. *femina*, *Arien essong* & *Arien hoar* ex forma infundibuli, seu Malaice *Agar agar lesou*, & *Sajor lompan* ex concava forma tigni, in quo *Oryza* tunditur.

*Locus.* In litoribus crescit planis, ubi lapilli arenosi & Coralliorum fragmenta sibi invicem mixta locantur, in portubus & placidis æquoribus brevis est, sed in litoribus apertis prima species ultra orchidæ longitudinem obtinet. Multi sæpe rami seu primarii caules una quasi ex radice excreti observantur, ex duris quidem cotibus undique circa sinum Miffanives, qui copiofas gerunt baccas inter rotunda foliola primæ speciei.

Species, quæ in Maccaffarensum crescit litoribus, similem quoque obtinet formam, sed ejus foliola planiora sunt, non sinuosa, ad oras itidem circinnata, virentia, & mollioris saporis, vocaturque *Labi labi*, & in Regum mensis quoque proponuntur, ut cruda cum Aceto edantur.

*Ufus.* Cruda potissimum eduntur cum Bocassan & Limonum succo, si modo paulo prius macerentur, coqui etiam potest, si prima ejus abjiciatur aqua, dein leniter cum Calappi lymphæ ebullienda est. Amboinenfes in afferculis id siccant ad fumum, & coquant, quam edere volunt.

Secundo. *Agarum secundum*, sive *bracteatum*, caules gerit spithamam longos, qui ad inferiorem partem folia gerunt sinuosa, firma, & crassa instar membranæ, ad oras dentata, in medio foraminulis notata, hic & illic in angulos & lacinias distincta, instar Boleti bracteati, qui *Telinga ticos*, h. e. *Auris muris* vocatur, coloris pallide ruffi. Hæc alia insequuntur folia longa & angusta, prope ortum angustata, ac dein latiora, quæ dividuntur in multas tenues & mucosas lacinias, ejusdemque coloris, ad oras eleganter crenata instar incisi auri foliati, quod in nuptiis adhibetur, unde & vocari potest *Alga bracteolata*. In Portugallico crescit portu prope Nuffanives angulum, atque ad cibum utile est, & gratum habet saporem instar *Agari primi*.

Tertio. *Agarum funiculare*, sive *foliatum*, duplicis vel triplicis formæ est, una ex radice lapillo infidens, ultra tres pedes longum, angustum, & planum instar loramentum. Huic adpendent alternatim multæ pinnæ foliosæ, in una forma instar illarum *Tschili* seu *Scutellariæ crispæ*, ad oras crenata, & transversaliter rugosa, acsi contracta essent, in altera forma plerumque minora sunt instar illorum *Capay*, ipsorumque caules rotundi sunt. In tertia specie superiora folia longa & angusta sunt instar foliorum *Rosmarini*, post hæc alia minora locantur & tenuiora. Ipsius caules angusti quoque sunt, plani, & intorti. Omnes hæc tres varietates copiofas gerunt baccas, instar *Pisiformium* rotundam, intus cavas, inanes, & crepitantes, si comprimantur. Secunda species multas simul gerit congestas instar *Fragorum*.

*Nomen.* Latine *Agarum funiculare*, sive *foliatum*, a copiosis circinnatisque foliolis. Malaice *Latak*; Amboinice *Arën wari*.

*Locus.* In quibusdam crescit rupibus ad montem rubrum.

Quarto. *Agarum lactucarium*, sive *Lactuca marina*, differt a præcedente *Lactuca aquarum*; Malaice *Agar agar*; Amboinice *Arien*. Hoc refert fasciculum linteum, qui perasis inponitur, constatque ex fasciculo tenuium & contractorum foliolorum, *Lactucam* mentientium, quæque ad oras adeo circinnata sunt, ut crenata vel dentata esse videantur. Quædam eleganter rubent vel purpurascunt, quædam virent, & oblongiora sunt rubris, quædam etiam composita sunt ex simplicibus ac tenuissimis laciniiis.

En de kanten rondom zyn bezet een dubbele ryge steekeelige spitsen, veel dikker en barder dan 't voorige, niet te min krakende, en gemakkelyk om raauw te eten.

De blaadjes en bare trossen staan digter aan malkander, en bare hoofdsteele zyn niet boven een span of een voet lank. De vrugten zyn de voorigen gelyk, maar men vindt ze weinig daar aan, en 't gebeele gewas is donker-ros, als dikke *Lym*, baar beider moesson begint van Augustus tot September en October, daar na werden ze van de zee op strant uitgeworpen.

Naam. In 't Latyn *Acetabulum marinum*, sive *Agarum primum*; in 't Maleits *Agar agar cupan*; in 't Amboins *Arien malona*, dat is het Manneken, en *Aryen harulu*; Het tweede of tregterformige, *Arien makina*, dat is het wyfken, *Arien essong* en *Arien hoar* na de gedaante van een tregter, of in 't Maleits *Agar agar lesou*, en *Sajor lompan*, na de bolle gedaante van een *Ryftblok*.

Plaats. Het wast op vlakke stranden, daar zantsteenen, en kraalstukken door malkander loopen, in Bajen en stille Zeën blyft het kort, maar aan 't openbare strand werd de eerste zoorte meer dan een vadem lank, men vindt zomtyds veele takken of hoofdsteele by malkander gevoegt, als uit eene wortel, en dat uit harde keistenen rondom den boek van *Miffanive*, met veele besien tussen de ronde blaadjes van de eerste zoorte.

Het geene op de Maccaffaarse stranden groeit, is mede wel van diergelyk fatsoen, dog de blaadjes zyn platter, niet gefronst aan de kanten, mede gekertelt, groenagtig, en makzer van smaak, genaamt *Labi labi*, en werden ook op *Radjas Tafelen* gebragt, en raauw gegeten met *Azyn*.

Gebruik. Het werd meest raauw gegeten met *Bocassan* en *Limoensap*, als men 't slegts te vooren en weinig uitspoelt, men kan 't ook doen koken, het eerste water wegsmytende, daar na nog eens zagtjes met *Calappus-melk* opkookende. De Amboineesen droogen 't op *Parreparren* in den rook, en koken 't weder op, als zy 't weder willen.

II. *Agarum secundum*, sive *bracteatum*, zyn trossen een span lang, dewelke beneden zeer breede en gefronste bladeren hebben, styf, en dikagtig als parkement, aan de kanten gekertelt, in de midden met gaten, hier en daar in boeken en lappen verdeelt, gelyk zekere *Boletus*, die men *Telinga ticos* noemt, dat is *Muizen-ooren*, ligt-ros van couleur. Hier op staan andere lange smalle bladeren, by bare oorspronk smal, en daar na weder breeder werdende, dan verdeelen ze baar in veele dunne, en zeer slymerige sribbelen, van de zelve couleur, aan de kanten aardig gekartelt, gelyk dat gesneede klatergoud, dat men op *Bruiloften* gebruikt, daarom mag men 't noemen *Alga bracteolata*. Het wast in de Portugeesse Baye by den boek van *Nuffanive*, het dient zoo wel tot de kost, en is zoo smakelyk als het *Agarum primum*.

III. *Agarum funiculare*, sive *foliatum*, is van tweederlei of drierlei gedaante, uit eene wortel, op een steeltje zittende, ruim drie voeten lank, smal, en plat als riempjes. Daar aan hangen verwijselt veele trosjes vol bladeren, aan de eene gedaante gelyk die van *Tschili* of *Scutellaria crispæ*, aan de kanten gekartelt, en over dwers mede wat ruig als gerimpelt, aan de tweede gedaante zyn ze doorgaans kleinder, gelyk die van *Capay*, en bare steelen zyn rond. Aan de derde zyn de voorste bladeren lank en smal, gelyk *Rosmaryn-bladeren*, daar agter staan andere kleindere en dundere. Zyne steelen zyn mede smal, plat, en gedraait. Alle drie dragen ze veele besien, rond als erwetten, binnen hol, ydel, en knappende, als men ze drukt. De tweede zoorte heeft 'er veele by malkander als *Aardbesien*.

Naam. In 't Latyn *Agarum funiculare*, sive *foliatum*, van de veel gekrulde blaadjes, in 't Maleits *Latak*; in 't Amboins *Arën wari*.

Plaats. Het wast op enkele klippen, aan den rooden berg.

IV. *Agarum lactucarium*, sive *Lactuca marina*, verschillende van de voorgaande *Lactuca aquarum*; in 't Maleits *Agar agar*; in 't Amboins *Arien*. Dit gelykt een kwasje lint, dat men op de boeden draagt, bestaande uit een bosje, dunne, en zeer gefronse blaadjes, scbier als *Kropsalaade*, en aan de kanten zoo gekrult, dat ze gekartelt of getant schynen. Zommige zyn schoon rood of purperverwig, zommige groen, en lankwerpiger dan de roode, zommige bestaan ook uit enkele zeer dunne sribbelen.

Reperitur in planis rupibus defluente aqua, potissimum in Zephyrea Leytimoræ parte, unde incolæ femi siccatum venale deferunt in Castellum.

Quinto. *Agarum corticosum*, five *Culeola*. Folia gerit oblonga & crassa, quorum quædam haud majora sunt illis *Portulacæ*, quædam digitum longa & lata instar linguarum vel pellicularum *Combiliorum*, quæ in segmenta scinduntur pro transplantatione & propagatione, suntque hæc folia viridia & integra, pauca simul locata in laxis fasciculis, plerumque mixta cum prioribus *Algis*. *Amboinenses* id vocant *Arien sabu una*, h. e. *Malaice Agar agar culit combili*.

*Ufus*. Cuncta hæc in aqua salsa abluuntur, dein condimentum præparatur ex *Calappi medulla vetustiore*, *succo Limonum*, *Capfico*, *Pipere*, & *Zingibere*, cum quo cruda eduntur. Incolæ hæc quoque coquunt ad *Sajor*, binæque posteriores species hunc in finem aptiores sunt, paululum enim macerantur, ad ventum parum siccantur, ac simul eduntur cum *Atsjar*.

Homines continuo in mari degentes, quales sunt *Badjos*, quos *Maccassares* vocant *Siletter*, alique in mari navigantes ac diu fluctuantes, famem sedare diu possunt per hæc herbas, quæ ars peregrinis fatis nota est, ita ut sit cibus, qui magis ex defectu alterius, quam ex deliciis & oblectamento editur. In *Lufitanico* meo itinere binas tresve alias species *Algæ* reperi.

Harum prima *Bodelha* vocatur, foliaque gerit laciniata instar *Quercuum*, e longinquo fordidum referentia *Viscum*, quibus multæ adpendent vesiculæ aqua repletæ.

Alterâ penicilla refert pallide fusca, foliaque instar *Castanearum* profert, sed tenuissima ac facile marcescens, conveniens cum priore *Lactuca marina*.

Tertia *Sargasso* dicta, *Belgis Wier*, folia sunt longa, referentia habenas gubernatoris equorum, lenta, & *Visci* colorem gerentia. Hæc tres omnes in magnis crescunt scopulis, sub aqua semper positæ, juxta totam oram *Hispaniæ* & *Lufitaniæ*.

Atque hæc omnes circa mensum *Majum* magna copia a mari *Occidentali* projiciuntur, ibique adhibentur ad agros fertiles reddendos. Ex iis enim acervi formantur, qui ad solem & pluvias macerantur, donec fere ad dimidium computruerint, & in fimum fere conversi sint, qui puræ mixtus arenæ tam fertilem eam reddit, ut *Brassica* multo elegantior & pinguior crescat in insulis & locis maritimis, quam remotius in ipsa regione.

## OBSERVATIO.

Hæc *Algæ esculentæ*, *Agara* dictæ. *Fuci maritimi* seu follicularis proprie sunt species, quarum plures cum hisce fatis convenientes occurrunt in *Plukn. Almag. Botan. pag. 161.* quæ a peritis cum hisce facile comparari possunt.

Huc spectat *Coralloides*, quod genus a *Dillenio* in *Hist. Muscor. describitur pag. 120.* ubi ejus vide *Tab. 17.*

Men vindt het op vlakke klippen by aflopend water, meest op de Zuid-zyde van *Lytimor*, van waar het de *Inlanders* balf gedroogt aan 't *Kasteel* te koop brengen.

V. *Agarum corticosum*, five *Culeola*. Deze heeft lankwerpige dikke bladeren, zommige niet grooter als *Porzelyn*, zommige een vinger lank en breed, gelyk tongkens of scbellen van *Combili*, die men als lendestukken snyd om te verplanten en voort te kweken, alle groen, en met evene kanten, weinige by malkander in ydele bosjes, meest gemengt met de voorgaande *Algis*. De *Amboinesen* noemen ze *Arien sabu una*, dat is in 't *Maleits* *Agar agar culit combili*.

Gebruik. Alleen werden ze afgespoelt in zout water, daar na een zouse gemaakt van half oude *Calappus-pit*, *Limoensap*, *Tsilli*, *Peper*, en *Gember*, en zoo raauw gegeten. De *Inlanders* kookten ze ook alle tot *Sajor*, de twee laatste soorten zyn hier toe het bekwaamste, want men verft het maar een weinigt uit, maakt het winddroog, en eet het t'zamen met *Atsjar*.

Menschen, die geduurig op zee leven, gelyk de *Badjos*, die de *Maccassaren* *Siletter* noemen, en andere, die ter zee dryven, en daar door lange zwerfen moeten, konnen bare honger met deze kruiden een langen tyd stillen, een konst, die de vlugtelingen wel bekend is. In zomma 't is een kost, die meer uit nood dan uit plezier mag gegeten werden. In myne *Portugeese* reize, heb ik nog twee of drie andere soorten van *Alga* gevonden.

De eerste genaamt *Bodelha*, gelyk geschilderde *Eike-bladeren*, van verwe als vuylen lym, daar aan staan veele wateragtige blaasjes of knopjes hangen.

De tweede zyn ligt-bruine kwasten met bladeren als *Kastanje-Loof*, dog zeer dun en haast vergaande. over een komende met de voorgaande *Lactuca marina*.

De derde genaamt *Sargasso*, by de *Nederlanders* *Wier*, zyn lange bladeren, die gelyken teugels van een *Voermans toom*, taai en lynverwig van couleur. Alle drie wassen op groote klippen, die altyd onder water staan, langs de geheele *Kust* van *Spangien* en *Portugaal*.

Alle drie werden ook omtrent de maand *May* met menigte door de *West-zee* uitgedreeven, en aldaar gebruikt tot het mesten van 't land. Want men maakt boopjes daar van, laat ze in de zon en regen meuken, tot dat ze half vergaan, en scbier tot mest geworden zyn, de welken dan onder pueren zand gemengt, den zelven zoo wel dingen, dat de kool veel schoonder en vetter groeit op de *Eilanden* en *Zeeplaatzen*, dan landwaart in.

## AANMERKING.

Deze eetbare *Alga*, *Agara* genaamt, zyn eigentlyk soorten van de *Zee-Fucus* ofte blaasdragende *Fucus*, waar van veele met deze genoegzaam overeenkomende, gevonden werden by *Plukn. Almag. Botan. pag. 161.* welke van de kundige met elkander gemakkelyk kunnen vergeleeken werden. Hier toe behoort het geslagt van *Coralloides*, het geen van *Dillen. bist. Muscor. pag. 120.* beschreeven, en op de 17. *Plaat* verbeeld werd.

